



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. VII. De introversione, & simplici intentione, & Dei præsentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

S. VII.

De introversione, & simplici intentione & Dei presentia.

1. Quomodo acquiratur stabilitas mentis.
2. Introverso ad Deum servanda in omni opere; & tunc exintroverso ad opera pia non nocet.
3. Simplex intentio quantum exornet omnia opera nostra.
4. Meditatio continua vite Christi.
5. Sacerdotum bonorum excellentia.
6. Te tuaq; omnia Deo donans, plura ab eo accipies.
7. Christus ubiq; circumferendus.
8. Celestis vite perfectiorum, qui seipsos abnegant in omnibus.

1. **Q**VI ad solitudinem, unitatem, stabilitatem tranquillitatemque cordis & mentis pervenire vult, cum primis ei danda opera est, ne superfluis inordinatisque curis se implicet, neve aliorum mores aut vivendi rationem curiosè exploret, nec facta aliorum judicet, etiam si quidpiam vitii in aliis sibi deprehendere videatur, sed potius excusare & in melius interpretari conetur, relinquens omnia Deo judicanda. Maximè verò & super omnia caveat, ne alios per dedignationem asperneretur.

2. **Q**ui novit habitationem suam & refugium facere in Deo ac Domino nostro Jesu Christo, huic cogitationes incidentes aut peregrinæ imagines officere non possunt. Sanè, qui per charitatis officia & opera foras ad proximos ita se recipit, ut tamen per simplicem intentionem servet sui introversionem & unitatem in Deo, longè excellentior, & Domino

Jesu vicinior similitiorque est, quàm ille, qui soli contemplationi & introversioni vacat absque sui exintroversione per charitatis actiones, si tamen sui juris sit, & proximus indigeat ejus opera.

* Simplex intentio ea est, quæ nihil spectat nisi Deum, & omnia in ordine ad Deum. Ipsa virtutum omnium finis, initium, decus & ornamentum est. Ipsa fictionem, hypocrisim & duplici-tatem omnem pellit: vires animæ dispersas in unitate spiritus colligit & adunat, ipsumque spiritum Deo adjungit. Ipsa naturam pessum premit atque proculcat, virtutesque omnes incolu-mnes conservat; & pacem, spem atque confidentiam in Deum tam hic quàm in die judicii præstat. Quamobrem danda tibi opera est, ut in cunctis actionibus tuis illam retineas & colas.

Recipe te intra te, & Christi dignissimam vitam, acerbissimos cruciatus, ignominiosissimamque mortem meditare, atque quantum maximè potes cordi tuo imprime. Non solùm attendas quid egerit ac perpeffus sit, sed etiam quis & quantus sit ipse, & quòd omnia propter te tam exiguum ex immensa fidelitate atque charitate fecerit ac tolerarit. Contemplare, quæso, cum affectu, Vulnera quæ Dominus Jesus pro te ex amore suscepit: atque hic pascèris & reficieris. Christus enim & cibus & potus, & vita, & victoria, & corona tua est; suo te

3. Intentio simplex, quid, & quanti meriti.

* Intee septem emolumenta recta, pura & simplicis intentionis, ex variis Aucto-ribus collecta hoc adfert quartū ex Blo-fio R.P. Jeremi-as Drexelius lib. 2. Amulhis cap. 6. quæsti-uncula

4. Vita Christi meditatio, in vita spiritali utilissima.

ARRA-
GO UTI-
LISS. EN-
SIT.

mercatus est Sanguine, & dissol-
vit debitum tuum morte sua, la-
teque expandit brachia sua, in
quæ tu confugere debes, & ipse à
cunctis hostibus te muniet ac tue-
bitur. In patulo latere ejus, unde
omnes gratiarum promanant ri-
vi, commorare: ut in amantissi-
mo corde illius vivas, in quo est
sancti Spiritus & æternæ charita-
tis plenitudo. Obsecro, libenter
te exerce in passione Salvatoris,
& ipse omnem te edocebit veri-
tatem.

5.
Sacerdo-
s seboni
descri-
buntur,
& lau-
dantur.

Boni Sacerdotes, sancta sunt
vasa cælestibus repleta donis. Hi
Dominum Jesum suis impressum
atque insculptum cordibus ge-
runt; ejus passionem, mortem, fi-
delitatem & amorem in sua me-
moria exercent. Medii interce-
dunt in Deum ac miseros pecca-
tores. Sunt benigni, humani, &
mites erga omnes opis ipsorum
indigos: sunt item casti ac mun-
di in anima & corpore: sobrii
quoque sunt ac moderati in om-
nibus vitæ sustentandæ necessa-
riis. Jesum ex cruciatum & exa-
more mortuum, cælesti ejus Patri
cunctis vivis & defunctis offe-
runt. Intima cum devotione pre-
cantur & poscunt omnipotentem
Deum pro omni sanctæ Ecclesiæ
utilitate ac necessitate. Nihil pla-
cere speciatim appetunt, alicujus
rei temporariæ aut solatii obti-
nendi causa; sed in commune ho-
norem Dei & mortalium omniū
salutem desiderant.

Da Christo dilecto tuo totum
id quod es, quod habes, & quod
potes; atque hoc facito corde libe-
ro ac liberali: sic enim ille vicif-
sim tibi dabit quidquid est, habet
& potest: qua die nulla umquã ti-
bi illuxit lætior. Nam patefaciet
tibi gloriosum atque amantissi-
mum cor suum, patefaciet intima
animæ suæ penetralia plena glo-
riæ, gratiæ, gaudii, ac fidelitatis.
Patulum lateris ejus vulnus por-
ta tibi erit & introitus in vitalem
(qui ipse est) paradysum: ubi fru-
ctum gustabis vitæ æternæ. Nam
Christus Jesus vitalis noster pa-
radysus est: quandoquidem in ip-
so & ex ipso sempiternæ salutis
fons emanat, atque ex ejus Vulne-
ribus balsamum fluit, morborū
omnium medicina: cujus tam
fortis odor est, ut omnes tartareos
repellat serpentes, excitet mor-
tuos in peccatis, & gratiam vi-
tamque præstet sempiternam. Ce-
terum in intimis Domini JESU
medullis manant flumina, omni
(qui quidem excogitari possit)
sapore ac suavitate dulciora: in
quæ si tibi datum erit ingredi, ea-
que gustare ac sentire, nullo ne-
gotio mundum, te ipsum, & om-
nia vinces.

Sicut dum quis acriter sitit, li-
cèt sub ipsa siti alia agat & cogi-
tet, potus tamen imago ab ejus
memoria non recedit quamdiu
sitis permanet: ita qui magno Dei
& Domini nostri Jesu Christi de-
siderio tenetur, facillè præsentia
ejus imaginem in omnibus intra

se

6.
Redde
Deo ut
suaguo
nia, &
torum
vuln-
bus
siti

S.
Videtur
Christo
ingitit
du ante
rua
ac si
per
adesit

FARRA- se circumfert. Nam & qui ali-
GO UTI- quid in tantum amat, ut nihil
LISS-IN- eum aliud afficiat, nulla occupa-
STII- tione impeditur, quod minus ejus-
ce rei tam charæ speciem & simili-
tudinem præsentem retinere
possit. Ubi enim amor, ibi oculus
& cogitatio. Frequenter occurrit
animo necesse est, quod quis dili-
git, quodque potissimum colere
& exercere solèt, & quod in ejus
pectore vivit.

8. Qui seipfos ex amore abne-
gant, & vitiis moriuntur, qui Deo
ac virtutibus vivunt, qui mun-
dum contemnunt eique valesa-
ciunt, qui omni amori terreno
nuntium remittunt, & Deum ac
Dominum suum in illius regnum
cum amore subsequuntur, hi vi-
tam agunt cælestem, & plerique
taliū crebrò in Deum excedunt
ac rapiuntur. Christus enim in eis
excellentissimo modo vivit Deus

* Qui seipfos abne-
gant, sunt ve-
lut tabula
nuda ac
terrenis
imagi-
nibus,
ad exci-
piendā
imagi-
nem vi-
tæ &
mortis
IESV
Christi.
Joan. 10

† Mystica Theologia studiosus extro-
versus ad opera pietatis, vel introversus ad
excessum & raptum mentis, seu imaginibus
utatur, seu nō utatur, seu occupetur in imi-
tatione humanitatis Christi, seu in intima
aut etiam extatica contemplatione Divi-

nitatis absorbeat, semper vitalibus pa-
scuis ex Dei præsentia fruatur, cum in-
narrabili consolatione.

manitatis Christi imaginibus de-
picti, ad bonos mores, ad exerci-
tia sancta, ad colendas virtutes
omnes: ingrediuntur verò cum
ejusdem Domini Jesu spiritu, abs-
que imaginibus, in Divinitatem;
atque inibi æternam reperiunt &
possident veritatem, opes infini-
tas ac inexhaustas, gustumque &
consolationem longè majorem
quàm vel comprehendere vel ca-
pere sufficiant. Nam hic gustus
tam ingens ac immensus est, ut
illis qui eum percipiunt, cælum,
terra, & quæcumque in eis sunt,
præ illius magnitudine, colli-
quescere, & in nihilum redigi
posse videantur. Ita nimirum illi
quadam futuræ beatitudinis præ-
libatione donantur à Deo.

§. VIII.

De Beatitudine & Gloria cælesti,
misericordiâ, infernali

1. Visio Dei est in beatitudine præmium essen-
tiale, præmium accidentale multiplex.
2. Aetas ac doctores corporum resurgentium.
3. Status hujus mundi elementaris renovandus
post resurrectionem.
4. Omnium sensuum jucunditas in beatitudi-
ne cælesti.
5. Miserrima damnatorum conditio.

BEATITUDO nostra in eo sita est,
But post hoc exilium in glorio-
sum Dei regnum translata & as-
sumpti, Deum clarè cognosca-
mus, amemus, ac æterna fruitio-
ne possideamus. Etenim Deus
præmium essentiale est: quod ubi

1. In beati-
tudine
Dei visio
unicum
præmium
est essen-
tiale; ac
acciden-
talia mul-
ta supr.